DECOCTUM TARAXACI.

℞ Taraxaci recentis contusi unc. iv,
Aquæ oct. ij.

Decoque ad oct. j; dein liquorem leniter exprime, et cola.

Dosis, *fluidunc.* ij *ter, quaterve quotidie.*

DECOCTUM VERATRI.

(Decoctum Hellebori albi, 1787.)

DECOCTUM ULMI.

Dentur fluidunc. iv *ter, quaterve quotidie, vel etiam liberius.*

ELECTUARIUM CINCHONÆ.

℞ Cinchonæ cordifoliæ Corticis contriti unc. j,
Confectionis Rosæ Gallicæ unc. ss,
Acidi sulphurici diluti fluidr. j,
Syrupi Aurantiorum fluidunc. iss.

Fiat Electuarium.

Dosis, *dr.* j *ter, quaterve quotidie.*

ELECTUARIUM CINCHONÆ CUM FERRO.

℞ Cinchonæ oblongifoliæ Corticis contriti unc. j,
Ferri Subcarbonatis dr. ss,
Syrupi Zingiberis quantum sufficiat, ut
t Electuarium, *cujus detur quantitas Myris-
æ Nuclei bis, vel ter quotidie.*

ELECTUARIUM DOLICHI.

℞ Dolichi Pubium unc. ss,
Theriacæ quantum sufficiat, ut fiat Electu-
ium molle, *cujus cochleare medium singulis
roris deglutiatur.*

ELECTUARIUM POTASSÆ NITRATIS

℞ Potassæ Nitratis contritæ dr. iss,
Confectionis Rosæ Gallicæ unc. j.

Misce, *et moles Myristicæ Nuclei subinde capiatur.*

ELECTUARIUM SCILLÆ COMPOSITUM.

℞ Oxymellis Scillæ fluidunc. ij,
Potassæ Supertartratis contritæ unc. iij.

Misce, *et dentur fluidr.* ij *ter, quater quotidie.*

ELECTUARIUM SENNÆ COMPOSITUM.

℞ Sennæ Foliorum contritorum,
Potassæ Supertartratis contritæ, singulorum dr. iv,
Jalapæ Radicis contritæ dr. ij,
Syrupi Zingiberis fluidunc. iss.

Misce. *Sit Dosis a dr* j. *ad* ij *pro re nata.*

ELECTUARIUM SINAPIS.

: Sinapis Seminum leviter contusorum unc. j,
Sulphuris sublimati dr. ij,
Syrupi Aurantiorum fluidunc. j.

Fiat Electuarium, cujus sit Dosis *dr.* j *quaterve quotidie.*

ECTUARIUM SULPHURIS COMPOSITUM.

Sulphuris sublimati unc. j,
Potassæ Supertartratis contritæ unc. ss,
Theriacæ unc. iij.

Misce, *et detur cochleare minimum semel, vel uotidie.*

IBROCATIO ACETI SPIRITUOSA.

Aceti oct. j,
Spiritus tenuioris oct. ss.

Iisce.

EMBROCATIO COMMUNIS.

℞ Ammoniæ Subcarbonatis unc. iv,
Aceti oct. viss, vel quantum sufficiat
Ammoniam saturandam,
Spiritus tenuioris oct. iij.

Ammoniæ Subcarbonatem cum Aceto mis
et peracta effervescentia adde Spiritum.

EMPLASTRUM AMMONIACI CUM SCILLA.

℞ Ammoniaci purificati dr. vij,
Aceti Scillæ fluidr. ij.

Simul contunde, et statim super alutam
tende, et applica.

EMPLASTRUM AMMONIACI CUM HYDRARGYRO.

(Emplastrum ex Ammoniaco cum Mercurio, 1745.

EMPLASTRUM AMMONIÆ.

℞ Ammoniæ Muriatis unc. ss,
Saponis duri unc. j,
Emplastri Plumbi unc. ij.

Emplastrum et Saponem simul liqua, et ulo antequam concrescant immisce Salem pulverem tenuem tritum.

Extensum super alutam parti affectæ quam-imum applicetur, et pro re nata repetatur.

EMPLASTRUM CANTHARIDIS.

mplastrum Lyttæ, 1809. Empl. vesicatorium, 1745. E. epispasticum.)

Vel hujus Emplastri *vice,* parti affectæ ap-cetur Emplastrum Resinæ super alutam tensum, cujus superficies primum insper-ta fuerit Cantharidibus in pulverem tenuissi-ım tritis.

EMPLASTRUM CERÆ.

nplastrum Ceræ compositum, 1787. Emplastrum at-trahens, 1745.)

EMPLASTRUM CUMINI.

(Emplastrum e Cymino, 1745.)

EMPLASTRUM EUPHORBIÆ.

℞ Emplastri Picis abietinæ unc. iv,
Euphorbiæ Gummi-resinæ contritæ dr. s

Emplastro leni igne liquefacto insper Euphorbiam, et misce.

EMPLASTRUM GALBANI COMPOSITUM.

(Emplast. Lithargyri compositum, 1787. Empl. commune cum Gummi, 1745. Empl. Diachylon cu Gummi.)

EMPLASTRUM HYDRARGYRI.

(Emplast. Lithargyri cum Hydrargyro, 1787. Em commune cum Mercurio, 1745.)

EMPLASTRUM OPII.

Emplastri Ceræ super alutam extensi superficies tegatur Extracto Opii aqua emollito.

EMPLASTRUM PICIS ABIETINÆ.

℞ Picis abietinæ unc. vj,
Ceræ flavæ unc. ss,
Terebinthinæ vulgaris dr. j.

Liquefac simul, et fiat Emplastrum.

EMPLASTRUM PICIS NIGRÆ.

Fiat e Pice nigra eodem modo ac Emplastrum Picis abietinæ.

MPLASTRUM PICIS COMPOSITUM.

Empl. Ladani, 1787. Empl. stomachicum, 1745.)

EMPLASTRUM PICIS NIGRÆ COMPOSITUM.

℞ Emplastri Picis nigræ,
Emplastri Saponis, partes æquales.

Liquefac simul, et move donec refrixerint.

Extensum super pannum linteum sit ligamento adhæsivo ulceribus sanandis apto.

EMPLASTRUM PLUMBI.

(Emplastrum Lithargyri, 1787. Empl. commune, 174
E. Diachylon simplex.)

EMPLASTRUM PLUMBI COMPOSITUM.

(Empl. Thuris, 1787. Empl. roborans, 1745.)

℞ Emplastrum Plumbi unc. viij,
Abietis Resinæ unc. ij,
Ferri Oxydi rubri unc. j.

Emplastro et Resinæ simul liquefactis i sperge Ferri Oxydum, et misce.

EMPLASTRUM RESINÆ.

(Emplastrum Lithargyri cum Resina, 1787. Empl. adhæsivum, 1745.)

EMPLASTRUM SAPONIS.

(Emplastrum e Sapone, 1745.)

EMPLASTRUM SEVI COMPOSITUM.

R Sevi præparati,
Ceræ flavæ,
Resinæ flavæ, singulorum lib. j.

Liquefac simul, et cola.

ENEMA COLOCYNTHIDIS COMPOSITUM.

R Colocynthidis Pulpæ incisæ dr. j,
Aquæ fluidunc. xij.

Coque paulisper, et cola; dein adde

Sodæ Muriatis unc. ss,
Syrupi Rhamni fluidunc. ss.

Misce.

ENEMA COMMUNE.

℞ Decocti Avenæ tepidi fluidunc. xij,
Sodæ Muriatis unc. j.

Fiat Enema.

ENEMA GALLÆ.

℞ Fomenti Gallæ fluidunc. viij.

Nunc frigidum nunc tepidum injiciendu est, pro re nata addita

Tincturæ Opii fluidr. j.

ENEMA OLEI TEREBINTHINÆ.

℞ Olei Terebinthinæ fluidunc. ss,
Ovi unius Vitellum.

Tere simul, et gradatim adde

Decocti Hordei tepidi fluidunc. x.

Injiciatur semel in die, vel pro re nata.

ENEMA OPII.

℞ Tincturæ Opii fluidr. j,
Aquæ tepidæ fluidunc. vj.
Misce.

ENEMA OLEI RICINI.

℞ Olei Ricini,
Mellis, singulorum fluidunc. j.
Tere simul, et gradatim adjice
Decocti Avenæ ferventis fluidunc. x.
Fiat Enema tepidum injiciendum.

ENEMA SAPONIS.

℞ Saponis mollis unc. j,
Aquæ ferventis oct. j.
Solve, et tepidum exhibe.

ENEMA SIMPLEX.

Fiat ex Decocti Hordei, Lini, vel Avenæ
pidi fluidunc. xvj.

ENEMA TEREBINTHINÆ.

℞ Terebinthinæ vulgaris unc. ss,
Ovi unius Vitellum.

Probe contritis gradatim adde

Decocti Lini ferventis fluidunc. x, et mis tepidum injiciendum.

EXTRACTUM ACONITI.

Dosis, *gr.* j *ad* iij, *plurave pro re nata.*

EXTRACTUM ALOËS COMPOSITUM

℞ Aloës spicatæ Extracti contriti unc. iij,
Zingiberis Radicis concisæ unc. iss,
Aquæ ferventis oct. ij.

Macera per triduum leni calore; dein col Liquorem defæcatum consume, donec idon am habeat crassitudinem; addita sub fine evaporationis

Sodæ Subcarbonatis unc. ss.

Dosis, *gr.* x *ad* xxx *sub forma Pilularu pro re nata.*

EXTRACTUM ANTHEMIDIS.

(Extractum Chamæmeli, 1787.)

Fiat ex Floribus simplicibus.

Dosis, *gr.* v *ad* xx *bis, terve quotidie.*

EXTRACTUM BELLADONNÆ.

Dosis, *gr.* ½ *ad gr.* ij *plurave semel, bis, usve quotidie.*

EXTRACTUM CASCARILLÆ.

Cascarillæ Corticis contriti lib. j,
Spiritus rectificati oct. iv,
Aquæ oct. x.

ascarillæ Corticem in Spiritu macera per manam, et Tincturam effunde. Resi- in Aqua decoque ad octarios duos. turam dein et decoctum separatim cola, c balneo aquoso vaporet, illa distillet, utrumque spissescat. Postremo Ex-

tractum Resinæ immisce, et consume do idoneam crassitudinem habeat.

Dosis, *gr.* iij *ad* x *bis, sæpiusve quotid*

EXTRACTUM CINCHONÆ.

Dentur gr. x *ad* xx *bis, ter, sæpiusve q tidie.*

Eodem modo ac Extractum Cinchonæ rentur, et simili dosi exhibeantur

EXTRACTA CINCHONÆ CORDIF LIÆ, ET OBLONGIFOLIÆ.

EXTRACTUM CINCHONÆ RESIN SUM.

Dosis, *gr.* x *ad* xx *bis, ter, sæpi quotidie.*

EXTRACTUM COLOCYNTHIDIS.

[E]XTRACTUM COLOCYNTHIDIS COMPOSITUM.

[(Ex]tractum catharticum, 1745. Pilularum Cocciæ minorum *vice.)*

Singulorum dentur *gr.* v *ad* xxx *pro re* [nat]*a.*

EXTRACTUM CONII.

[(Su]ccus Cicutæ spissatus, 1787. Extractum Cicutæ *vulgo.*)

[D]osis, *gr* v *ad* xx *bis, ter, sæpiusve quo*[tid]*ie.*—*Vide* Pilulæ.

EXTRACTUM ELATERII.

(Elaterium.)

Dosis, *gr.* $\frac{1}{4}$ *ad* iss *pro re nata.*—*Vide* Pul[ver]is compositus.

EXTRACTUM GENTIANÆ.

Dosis, *gr.* iij *ad* x *bis, ter, sæpiusve quotid*

EXTRACTUM HÆMATOXYLI.

(Extractum Ligni Campechensis, 1745.)

Dosis, *gr.* x *ad* xxx *bis, ter, sæpiusve quo-tidie.*

EXTRACTUM HUMULI.

Dosis, *gr.* v *ad* xx *semel, bis, sæpius quotidie.*

EXTRACTUM HYOSCYAMI.

Dosis, *gr.* iij *ad* xx *semel, bis, sæpius quotidie.*

EXTRACTUM JALAPÆ.

Dosis, *gr.* x *ad* xv *sub forma Pilular pro re nata.*

EXTRACTUM NUCIS VOMICÆ.

℞ Nucum vomicarum unc. xij,
Spiritus rectificati oct. vj.

Macera Nuces rasas in Spiritus oct. ij per hebdomadam, et cola. Quod reliquum est item macera in Spiritus oct. ij per hebdomadam cola, et itidem ter macera et cola. Tincturæ colatæ et mistæ primum destillent, et postea vaporent ad debitam crassitudinem.

Detur gr. j *bis, ter, vel sæpius quotidie, et sit occasio caute augeatur dosis.*

EXTRACTUM OPII.

(Extractum Thebaicum, 1745.)

Dosis, *a gr.* $\frac{1}{8}$ *ad gr.* ij *vel plura semel, bis, sæpiusve quotidie.*

EXTRACTUM PAPAVERIS.

Dosis, *gr.* v *ad* xx *semel, bis, sæpiusve quotidie.*

EXTRACTUM PYROLÆ.

℞ Pyrolæ libras tres,
Aquæ congium.

Macera per horas duodecim; dein Pyrolam exime, contusam liquori redde, et lento igne coque per horas duas. Decoctum illico fortiter exprime, et per evaporationem balneo aquoso redige ad idoneam crassitudinem.

Dosis, *a gr.* x *ad* xx *ter, quaterve quotidie.*

EXTRACTUM RHEI.

Dosis, *gr.* ij *ad* x *pro re nata.*

EXTRACTUM SARSAPARILLÆ.

Dosis, *dr.* ss *ad* j *bis, ter, sæpiusve quotidie.*

EXTRACTUM STRAMONII.

Dosis, *a gr.* $\frac{1}{4}$ *ad gr.* ij *semel, bis, sæpiusve quotidie.*

EXTRACTUM TARAXACI.

Dosis, *a gr.* xx *ad* lx *ter, quaterve quotidie.*

FERRI SUBCARBONAS.

Dosis, *a gr.* ij *ad* x *bis, terve quotidie.* *ro re nata sit dosis dr.* j, ij *pluresve.*

FERRI SULPHAS.

(Ferrum vitriolatum, 1787. Sal Martis, 1745.)

Dosis, *a gr.* ½ *ad gr.* v *bis, terve quotidie.*

FERRUM AMMONIATUM.

errum ammoniacale, 1787. Flores martiales, 1745.)

Dosis, *a gr.* ij *ad* xx *bis, vel ter quotidie.*

FERRUM TARTARIZATUM.

Dosis, *a gr.* iij *ad* x *bis, vel ter quotidie.*

FOMENTUM COMMUNE.

: Absinthii unc. j,
Anthemidis Florum exsiccatorum unc. ss,
Aquæ oct. vj.

Coque duodecimam horæ partem, et cola.

FOMENTUM CONII COMPOSITUM.

℞ Conii Foliorum exsiccatorum unc. ij,
Anthemidis Florum exsiccatorum unc. ss,
Aquæ ferventis oct. ij.

Macera per horas duas, et liquorem in usum exprime.

FOMENTUM DIGITALIS.

℞ Digitalis Foliorum exsiccatorum unc. j,
Aquæ ferventis oct. ij.

Macera per horas duas, et liquorem exprime.

FOMENTUM GALLÆ.

℞ Gallarum contusarum unc. ss,
Aquæ oct. iiss.

Decoque ad oct. ij, et liquorem cola.

GARGARISMA ÆRUGINIS.

℞ Linimenti Æruginis fluidunc. ss,
Mellis Rosæ fluidunc. ij,
Decocti Lini fluidunc. iiiss.

Misce.

GARGARISMA ALUMINIS.

℞ Aluminis dr. j,
Decocti Cinchonæ cordifoliæ oct. j,
Mellis Rosæ fluidunc. iss.

Alumini in Decocto soluto adde Mel.

GARGARISMA SIMPLEX.

℞ Aceti fluiduncias duas,
Decocti Hordei octarium,
Mellis Rosæ fluidunciam.

Misce.

GARGARISMA SODÆ SUBBORATIS.

℞ Sodæ Subboratis dr. ij,
Mellis Rosæ fluidunc. j,
Decocti Hordei fluidunc. vij.

Misce. Decocti Hordei *vice* interdum u liceat

Decocto Papaveris.

HAUSTUS CAMPHORÆ.

℞ Camphoræ, Spiritus rectificati guttis i contritæ gr. v,
Sacchari purificati dr. j,
Mucilaginis Acaciæ fluidr. iij,
Aquæ fluidunc. iss.

Misce, fiat Haustus *quartis, sextis, vel oc tavis horis sumendus ;* pro re nata additis

Mithridatii gr. xx ad xl.

HAUSTUS GENTIANÆ CUM FERRO

℞ Infusi Gentianæ compositi fluidr. x,
Tincturæ Ferri Muriatis minim. x.

Fiat Haustus *bis, vel ter quotidie sumendu*

HAUSTUS IPECACUANHÆ CUM ANTIMONIO.

(Haustus emeticus *vulgo.*)

℞ Vini Ipecacuanhæ fluidr. vj,
Liquoris Antimonii tartarizati fluidr. ij.

Misce.

HAUSTUS OLEI RICINI.

℞ Olei Ricini fluidr. iv,
Vitelli Ovi quantum satis sit,
Syrupi simplicis fluidr. j,
Aquæ Cassiæ, vel cujusvis aliæ Aquæ destillatæ, fluidunc. j.

Misce. Fiat Haustus catharticus; et pro occasione varietur Olei dosis a fluidr. j ad xvj.

HAUSTUS OPIATUS.

℞ Tincturæ Opii minim. xx,
Julepi Menthæ fluidunc. j.

Misce, fiat Haustus *hora somni sumendus.*

HAUSTUS POTASSÆ CITRATIS.

(Haustus effervescens salinus; *vulgo*.)

℞ Julepi Potassæ Subcarbonatis,
Julepi Limonum Succi, singulorum fluid
unciam.

Misce, *et effervescens detur quarta, vel sext quaque hora ;* singulis dosibus interdum addit

Tincturæ Calumbæ fluidr. ss.

Haustus pro re nata est exhibendus Julep Limonum Succi dimidia quantitate.

HAUSTUS POTASSÆ TARTRATIS.

℞ Potassæ Carbonatis dr. j ;

Solve in Aquæ cyatho, dein adjice

Acidi tartarici contriti dr. ss.

Haustus statim ac mistus effervescens detu *semel, bis, sæpiusve in die si sit necessitas.*

HAUSTUS QUININÆ SULPHATIS.

℞ Quininæ Sulphatis, gr. j,
Acidi sulphurici diluti guttas ij,
Syrupi Croci fluidr. j,
Aquæ fluidunc. j.

Fiat Haustus *bis, ter, sæpiusve quotidie su-ndus. Pro re nata augeantur doses et Qui-næ Sulphatis et Acidi ad quintuplicem vel ajorem quantitatem.*

HYDRARGYRI NITRICO-OXYDUM.

(Hydrargyrus nitratus ruber, 1787. Mercurius corrosivus ruber, 1745.)

YDRARGYRI OXYDUM CINEREUM.

Dosis, *a gr.* j *ad* v *semel, bis, sæpiusve otidie.*

HYDRARGYRI OXYDUM RUBRUM.

(Hydr. calcinatus, 1787. Mercurius calcinatus, 1745

Dosis, *gr.* ss. *ad* j *cum Opii grano sem*
vel bis quotidie.

HYDRARGYRI OXYMURIAS.

(Hydrargyri Murias, 1787. Mercurius corrosivus sub
matus, 1745.)

Dosis, *a gr.* $\frac{1}{16}$ *ad gr.* j *semel, vel bis qu*
tidie.—Vide Liquor.

HYDRARGYRI SUBMURIAS.

(Calomel, 1787. Mercurius dulcis sublimatus, 174

Dosis, *gr.* ss *ad* v *semel, bis, sæpius*
quotidie; vel gr. v *ad* xx *pro re nata.*

HYDRARGYRI SUBSULPHAS FLAV.

(Mercurius emeticus flavus, 1745.)

℞ Hydrargyri purificati unc. ij,
Acidi sulphurici unc. iij.

Indentur vase vitreo (Anglice *Florence flask*), t coquantur ex balneo arenæ ad siccitatem. Iateria alba, in fundo relicta, trita, conji- iatur in Aquam bullientem. Pulvis flavus ıde ortus aqua calida sæpius lavetur, donec sa- oris expers erit.

Dosis *gr.* vij *ad vomitum ciendum; vel a r.* ¼ *ad* ½ *naribus hauriatur semel, vel bis quo- die ex pulvere quovis idoneo.*

HYDRARGYRI SULPHURETUM NIGRUM.

(Iydrargyrus cum Sulphure, 1787. Æthiops mineralis, 1745.)

Dosis, *gr.* xx *ad* lx *semel, vel bis quotidie.*

HYDRARGYRI SULPHURETUM RUBRUM.

(Cinnabaris factitia, 1745.)

HYDRARGYRUM CUM CRETA.

(Mercurius alkalisatus *vulgo.*)

Dosis, *gr.* iij *ad* x *semel, bis, sæpiusv quotidie.*

(Gr. iv continent Hydrargyri gr. $1\frac{1}{2}$.)

HYDRARGYRUM PRÆCIPITATUM ALBUM.

(Calx Hydrargyri alba, 1787. Mercurius præcipitatı albus, 1745.)

HYDRARGYRUM PURIFICATUM.

(Argentum vivum purificatum, 1745.)

Dosis, *pondere unc.* j *ad* ij *pro re nata.*

INFUSUM ANTHEMIDIS.

Fiat ex Floribus simplicibus.

Dosis, *ab unc.* j *ad* ij *bis, ter, quaterve quo tidie.* Singulis octariis interdum adde, vel

Potassæ Carbonatis dr. iiss, vel
Tincturæ Aurantii fluidunc. ij, vel
Zingiberis Radicis contritæ dr. j.

INFUSUM ARMORACIÆ COMPOSITUM.

Dosis, *fluidunc.* iss *ter, quaterve quotidie.*

NFUSUM AURANTII COMPOSITUM.

Dosis, *fluidunc.* iss *bis, ter, quaterve quotidie.*

INFUSUM CALUMBÆ.

Dosis, *fluidunc.* j *ad* ij *bis, vel ter quotidie.*

INFUSUM CARYOPHYLLORUM.

Dosis, *fluidunc.* j *ad* ij *bis, ter, quaterve uotidie.*

INFUSUM CASCARILLÆ.

Dosis, *fluidunc.* j *ad* ij *bis, ter, quaterve uotidie.*

INFUSUM CATECHU COMPOSITUM

Dosis, *fluidunc.* j *ad* ij *bis, ter, sæpius quotidie urgentibus alvi dejectionibus.*

INFUSUM CINCHONÆ, VEL CORDIFOLIÆ, VEL LANCIFOLIÆ, VEL OBLONGIFOLIÆ.

Dosis, *fluidunc.* j *ad* iv *bis, ter, sæpius quotidie.*

INFUSUM CINCHONÆ FRIGIDUM.

℞ Cinchonæ cordifoliæ Corticis contriti unc.
Aquæ oct. j.

Simul tere in mortario marmoreo pistil ligneo per horæ quadrantem ; dein mace subinde agitans per horas sex : denique col et adde

Tincturæ Cinchonæ cordifoliæ fluidr. xij

Dosis, *fluidunc.* j *ad* ij *bis, ter, sæpius quotidie.*

INFUSUM CONII.

℞ Conii Foliorum exsiccatorum,
Coriandri Seminum contusorum, singulorum dr. ij,
Aquæ ferventis fluidunc. viij.

Macera per horas duas, et cola.

Dosis, *fluidunc.* j *ad* ij *bis, ter, sæpiusve* [quo]*tidie.*

INFUSUM CUSPARIÆ.

Dosis, *fluidunc.* iss *bis, ter, sæpiusve* [quot]*idie*; singulis dosibus pro re nata additis Pulveris Confectionis aromaticæ gr. xx.

INFUSUM DIGITALIS.

Dosis, *fluidr.* ij *ad* iv *bis, ter, sæpiusve* [quot]*idie.*

[INF]USUM GENTIANÆ COMPOSITUM.

(Infusum amarum simplex, 1745.)

Dosis, *fluidunc.* j *ad* iss *bis, vel ter quo*
die ; interdum adjectis

Sodæ Subcarbonatis gr. xij.

INFUSUM JUNIPERI.

℞ Juniperi Baccarum contusarum unc. ij,
Aquæ ferventis oct. j.

Macera in vase operto per horas duas, cola; dein adde

Spiritus Juniperi compositi fluidunc. j,
insuper pro re nata

Potassæ Supertartratis dr. j.

Dosis, *fluidunc.* ij *ter, quaterve quoti.*
Sit interdum pro potu communi.

INFUSUM MENTHÆ.

℞ Menthæ viridis recentis unc. ij,
Aquæ ferventis oct. j.

Macera in vase operto per horæ quadr tem, et liquorem cola.

Præparetur Infusum bis quotidie, et e: beatur pro potu ordinario.

INFUSUM MENTHÆ COMPOSITUM.

℞ Menthæ viridis exsiccatæ unc. iss,
Rosæ Gallicæ Petalorum exsiccatorum dr. j,
Aquæ ferventis oct. j,
Acidi sulphurici diluti fluidr. ij,
Sacchari purificati unc. iss.

Menthæ et Rosæ Petalis superinfunde quam cum Acido prius mistam, et macera in se operto per horam dimidiam. Liquorem unde, eique Saccharum adjice.

Dosis, *a fluidunc.* j *ad* ij *bis, ter, sæpiusve otidie.*

INFUSUM QUASSIÆ.

Dosis, *fluidunc.* j *bis, vel ter quotidie;* et ngulis dosibus pro re nata adde, vel

Sodæ Subcarbonatis gr. xij, vel
Potassæ Carbonatis gr. xv, vel
Liquoris Potassæ Acetatis fluidr. j, vel
Tincturæ Aurantii fluidr. j, vel
Acidi muriatici minim. xij, vel
Pulveris Scillæ compositi dr. ss.

INFUSUM RHEI.

Dosis, *a fluidunc.* j *ad* ij *semel, vel bis quotidie.*

INFUSUM ROSÆ COMPOSITUM.

(Infusum Rosæ, 1787, 1809: Tinctura Rosarum, 174

Sit interdum pro potu communi ; interdu sit dosis a fluidunc. iss *ad* ij *bis, ter sæpius quotidie.* Singulis dosibus pro re nata adde

Acidi sulphurici diluti duplicem quantit tem, vel
Magnesiæ Sulphatis dr. j, vel
Potassæ Nitratis gr. xv, vel
Zinci Sulphatis gr. j, vel

Singulis octariis pro Gargarismate

Tincturæ Myrrhæ fluidunc. j, vel
Aluminis dr. ij.

INFUSUM SENNÆ COMPOSITUM.

(Infusum Sennæ, 1809. Inf. Sennæ simplex, 178 Inf. Sennæ commune, 1745.)

Dosis, *a fluidunc.* ij *ad* iv *pro re nata;* his
terdum additis, vel

Potassæ Tartratis dr. iij, vel
Sodæ tartarizatæ dr. iv, vel
Magnesiæ Sulphatis dr. iv, vel
Tincturæ Sennæ fluidr. iv.

NFUSUM SERPENTARIÆ COMPOSITUM.

℞ Serpentariæ Radicis contusæ,
Contrajervæ Radicis contusæ, singularum unc. ss,
Aquæ ferventis oct. j.

Post macerationem in vase operto per duas
·as liquorem cola, et adde

Tincturæ Serpentariæ fluidunc. ij.

Dosis, *fluidunc.* iss *quartis vel sextis horis;*
gulis dosibus pro re nata additis

Liquoris Ammoniæ Acetatis fluidr. iv, vel
Liq. Ammoniæ Subcarbonatis min. xx, vel
Mithridatii dr. ss.

INFUSUM SIMAROUBÆ.

Fiat cum Corticis unc. ss ad Aquæ oct. j

Dosis, *fluidunc.* ij *ad* iv *ter, quaterve quotidie.*

INFUSUM SPIGELIÆ.

℞ Spigeliæ Radicis unc. j,
Aquæ ferventis oct. j.

Macera in vase operto per horas ij, et cola

Dosis, *fluidunc.* j *ad* ij *bis, vel ter quotidie.*

INFUSUM TABACI.

Injiciantur fluidunc. viij pro Enemate, post horam elapsam, si sit occasio, repetantur

INFUSUM VALERIANÆ.

℞ Valerianæ Radicis contusæ unc. j,
Aquæ ferventis oct. j.

Macera in vase operto per horas duas, liquori colato adde

Spiritus Lavandulæ compositi fluidunc. et pro re nata singulis dosibus

Valerianæ Radicis contritæ dr. j.

Dosis, *fluidunc.* ij *ter, quaterve quotidie.*

JULEPUM ACIDI MURIATICI.

℞ Acidi muriatici fluidr. j,
Aquæ oct. j,
Sacchari purificati unc. ss.

Misce.

Dosis, *a fluidunc.* ij *ad* iv *bis, ter, sæpiusve* [q]*uotidie. Exhibeatur etiam pro Gargarismate.*

JULEPUM ACIDI NITRICI.

℞ Acidi nitrici fluidr. j,
Aquæ oct ij,
Sacchari purificati unc. j.

Misce. *Tubuli vitrei ope, et partitis vicibus,* [su]*matur oct.* j *quotidie. Sit interdum pro Gar*[ga]*rismate.*

[JU]LEPUM ACIDI NITRO-MURIATICI

℞ Acidi nitro-muriatici fluidrachmam,
Aquæ octarium cum semisse.

Misce.

Dentur fluidunc. ij *ter quaterve quotidie.*

JULEPUM ALUMINIS ACIDUM.

℞ Aluminis dr. j,
Aquæ oct. j,
Syrupi Rhœados fluidunc. j,
Acidi sulphurici diluti fluidr. j.

Alumini in Aqua soluto cætera adjice.

Sit Dosis fluidunc. iss *bis, ter sæpiusve qu*[...]*tidie ; sit etiam pro Gargarismate.*

JULEPUM AMMONIÆ ACETATIS.

Liquoris Ammoniæ Acetatis,
Aquæ Menthæ viridis, singulorum part[...] æquales.

Misce.

Dosis, *fluidunc.* j *quarta vel sexta quaq*[...] *hora ;* singulis dosibus pro re nata additis
Liquoris Antimonii tartarizati minim. xx

JULEPUM AMMONIÆ SUBCARBONATIS.

℞ Liquoris Ammoniæ Subcarbonatis flui[...] iiss,

Julepi Menthæ compositi fluidunc. ix.

Misce.

Dosis, *fluidunc.* iss *bis, ter, sæpiusve quo-*
: singulis dosibus pro re nata additis

Liquoris Ammoniæ Acetatis fluidr. iv. vel
Magnesiæ Subcarbonatis gr. xx, vel
Pulveris Confectionis aromaticæ gr. xx.

JULEPUM ARSENICALE.

Liquoris arsenicalis fluidr. iv,
Tincturæ Castorei gutt. x,
Aquæ destillatæ fluidunc. xvss.

Dosis, *fluidunc.* jss *bis, ter, quaterve quotidie.*

(Fluidunc. j continet Arsenici albi gr. $\frac{1}{8}$.)

JULEPUM LIMONUM SUCCI.

Limonum Succi,
Aquæ Menthæ viridis, singulorum partes æquales.

Misce.

Dosis, *fluidunc.* j *ex Decocti Hordei vel*
, Saccharo ad gratum saporem addito, ter,
erve quotidie.

JULEPUM MENTHÆ.

℞ Aquæ Menthæ piperitæ oct. j,
Aquæ oct. ss.

Misce, fiat Julepum, quod aliis fortiori[l] medicamentis molem idoneam et formam a[c] cit *dosibus fluidunc.* ss *ad* ij.

JULEPUM MENTHÆ COMPOSITU[M]

℞ Julepi Menthæ oct. iss,
Spiritus Lavandulæ fluidr. iij, comp
Syrupi Aurantiorum fluidunc. iss.

Misce.

Dosis, *fluidunc.* iss *bis, ter, sæpiusve q[uo]tidie.*

JULEPUM OXYMELLIS COMPOSI[TUM.]

℞ Oxymellis simplicis fluidunc. iij,
Potassæ Nitratis contritæ dr. iij,
Aquæ fluidunc. ix.

Misce.

Dosis, *fluiduncia octavis, sextis, vel quartis ris. Exhibeatur etiam pro Gargarismate.*

LEPUM POTASSÆ AMMONIATUM.

℞ Potassæ Carbonatis dr. iss,
Liquoris Ammoniæ Subcarbonatis fluidr. ij,
Julepi Menthæ fluidunc. vj,
Syrupi simplicis fluidr. vj.

Misce, *et sit dosis quarta pars bis, ter, qua-e quotidie;* interdum additis

Pulveris Confectionis aromaticæ dr. ij.

JULEPUM POTASSÆ CITRATIS.

(Julepum salinum *vulgo.*)

Julepi Potassæ Subcarbonatis part. ij,
Limonum Succi part. j.

Misce, *et peracta effervescentia sit dosis dunc.* iss *octava, sexta, vel quarta quaque a quotidie;* singulis dosibus pro re nata adde

Liquor. Antimonii tartarizati min. xxx,
Tincturæ Calumbæ min. xxx, vel
Liquor. Ammoniæ Subcarbonatis min. x

JULEPUM POTASSÆ NITRATIS.

℞ Potassæ Nitratis dr. iij,
Julepi Menthæ fluidunc. xss,
Spiritus Ætheris nitrici fluidr. iij,
Syrupi Limonum fluidunc. j.

Misce, *et detur fluidunc.* j *ter, quater,* *sexties quotidie.*

JULEPUM POTASSÆ SUBCARBONATIS.

℞ Liquoris Potassæ Subcarbonatis part. j,
Aquæ Menthæ viridis part xj.

Misce, *et sit dosis fluidunc.* ss *ad* j *ex* *cocto Hordei vel Lini bis, vel ter quotidie.*

JULEPUM ROSÆ COMPOSITUM.

℞ Infusi Rosæ compositi fluidunc. vj,
Magnesiæ Sulphatis dr. vj,
Aquæ Pimentæ fluidunc. ij.

Misce, *et detur fluidunc.* j *bis, terve quoti*

LAC CUM SEVO.

℞ Sevi minutim concisi unc. j,
Aquæ fluidunc. iv.

Lento igne coque per sextam horæ partem, per pannum linteum exprime; dein adde

Lactis novi oct. j,
Cinnamomi Corticis leviter contusi dr j,
Sacchari purificati unc. j.

Coque iterum per sextam horæ partem, et [illegible]a.

Dentur fluidunc. ij *vel* iv *bis, ter, sæpiusve* [illegible]*tidie.*

LINCTUS OLEOSUS.

Olei Amygdalarum,
Syrupi Limonum, singulorum fluidunc. j,
Confectionis Rosæ caninæ unc. j,
Pulveris Tragacanthæ compositi dr. iij.

Misce. *Hujus cochleare minimum subinde* [illegible]*lutiatur.*

LINCTUS OPIATUS.

℞ Syrupi Papaveris fluidunc. ij,
Mucilaginis Acaciæ fluidunc. j,
Confectionis Rosæ caninæ unc. j,
Acidi sulphurici diluti fluidr. ij.

Misce. *Detur cochleare minimum subinde.*

LINCTUS POTASSÆ NITRATIS.

℞ Potassæ Nitratis contritæ dr. iss,
Mellis Rosæ fluidunc. j,
Oxymellis simplicis fluidunc. ss.

Misce. *Detur cochleare minimum pro re nat*

LINIMENTUM ACIDI SULPHURICI COMPOSITUM.

℞ Acidi sulphurici fluidr. j,
Terebinthinæ Olei,
Olivæ Olei, singulorum fluidunc. iij.

Oleis primum commistis gradatim add Acidum.

LINIMENTUM ÆRUGINIS.

(Oxymel Æruginis, 1787. Mel Ægyptiacum, 1745.)

NIMENTUM AMMONIÆ FORTIUS.

(Linimentum volatile fortius, 1745.)

Huic Linimento interdum addatur
Terebinthinæ Olei mensura quarta pars.

INIMENTUM AMMONIÆ SUBCARBONATIS.

(iment. Ammoniæ, 1787. Liniment. volatile, 1745.)

Singulis unciis interdum addantur
Antimonii tartarizati contriti dr. ij.

LINIMENTUM CALCIS.

Liquoris Calcis fluidunc. vj,
Olei Lini fluidunc. ij.
Simul agita; et pro re nata adde
Tincturæ Opii fluidunc. ss.

LINIMENTUM CAMPHORÆ.

Huic Linimento interdum addatur
Terebinthinæ Olei pars quinta.

LINIMENTUM CAMPHORÆ COMPO SITUM.

LINIMENTUM CETACEI.

℞ Amygdalarum Olei fluidunc. j,
Cetacei unc. ss,
Ceræ albæ dr. j.

Liquefac simul in balneo aquoso, dein gr datim adjice

Aquæ Rosæ fluidunc. ij, assidue move donec refrixerint.

LINIMENTUM HYDRARGYRI.

(Continet Hydrargyri pondere sextam c citer partem.)

LINIMENTUM OLEI TEREBINTHIN

℞ Cerati Resinæ unc. iij,
Terebinthinæ Olei fluidunc. iss.

Cerato liquefacto gradatim adjice Tereb thinæ Oleum, et misce.

LINIMENTUM OPIATUM.

℞ Opii, Aquæ pauxillo emolliti, dr. ss,
Camphoræ gr. v,
Adipis præparatæ dr. iss,
Olivæ Olei fluidr. j.

Camphoram in Oleo solve; dein adde tera.

NIMENTUM PETROLEI COMPOSITUM.

℞ Petrolei fluidunc. ij,
Camphoræ, Spiritus rectificati pauxillo contritæ, dr. ij.

Misce.

LINIMENTUM PLUMBI OPIATUM.

℞ Liquoris Plumbi Subacetatis,
Tincturæ Opii,
Mellis Rosæ, singulorum fluidr. ij,
Confectionis Rosæ Gallicæ unc. j.

Misce.

LINIMENTUM SAPONIS AROMATICUM.

℞ Saponis mollis unc. xij,
Camphoræ unc. iv,
Olei Origani fluidunc. j,
Spiritus rectificati oct. iv.

Saponem in Spiritu leni calore digere don solvatur; dein adde cætera, et soluta Can phora pro re nata insuper mensura, vel

Tincturæ Opii quartam partem, vel
Tincturæ Cantharidis quintam partem, v
Liquoris Ammoniæ octavam partem.

LINIMENTUM TEREBINTHINÆ COMPOSITUM.

℞ Terebinthinæ Olei oct. j,
Sinapis Seminum unc. ij,
Saponis mollis unc. viij,
Aquæ ferventis oct. j.

Seminibus contusis Aquam affunde; macei per horas duas, et liquorem leniter exprim Huic liquori Saponem in Terebinthinæ Ol prius solutum immisce.

LIQUOR ALUMINIS COMPOSITUS.

(Aqua Aluminis composita, 1787. Aqua aluminosa Bateana, 1745.)

LIQUOR AMMONIÆ.

(Aqua Ammoniæ puræ, 1787.)

Dosis, *a minim.* x *ad* xx *ex quovis liquore* [...]*neo bis, ter, quaterve quotidie.*

LIQUOR AMMONIÆ ACETATIS.

([Aq]ua Ammoniæ acetatæ, 1787. Spiritus Mindereri *vulgo.*)

Dosis, *fluidr.* ij *ad fluidunc.* j *octavis,* [sex]*tis, vel quartis horis.*

[LI]QUOR AMMONIÆ SUBCARBONATIS.

([Aq]ua Ammoniæ, 1787. Spiritus Salis ammoniaci, 1745. [V]*ice* Spiritus Cornu Cervi, 1745, et Liquoris volatilis [C]ornu Cervi, 1787.)

℞ Ammoniæ Muriatis contritæ, libr. j,
Potassæ impuræ libr. iss,
Aquæ oct iv.

Destillent lento igne octarii duo.

Dosis, *min.* xv *ad fluidr.* j, *pluresve pro r nata ex quovis liquore idoneo.*

(Minima quinque continent Salis fere granum.

LIQUOR ANTIMONII TARTARIZATI

Dentur min. xxx *ad* lx *ter, quater, vel sex ties quotidie ; et ad vomitum ciendum a fluidun* ss *ad* j.

(Fluidr. iv continent Antimon. tartarizat. gr.j.

LIQUOR ANTIMONII OPIATUS.

℞ Liquoris Antimonii tartarizati partes iv,
Tincturæ Opii partem j.

Misce. *Sit dosis fluidr.* ss *ad* ij *singulis noc tibus.*

LIQUOR ARGENTI NITRATIS.

℞ Argenti Nitratis in crystallis gr. ij,
Aquæ destillatæ fluidunc. viij.

Solve; *et sit dosis fluidunc.* ss *ad* ij *bis, vel* *r quotidie. Habeatur etiam pro Gargarismate.*

LIQUOR ARSENICALIS.

(*Vulgo* Solutio mineralis *D. Fowler.*)

Dentur min. v *ad* x *bis, ter, sæpiusve quo-* *die.*—*Vide* Julepum.

(Fluidr. ij continent Arsenici albi gr. j, et inima viiss fere gr. $\frac{1}{16}$.)

LIQUOR CALCIS.

(Aqua Calcis, 1787. Aqua Calcis simplex, 1745.)

Dosis, *oct.* $\frac{1}{2}$ *ad* j *partitis vicibus quotidie.*

Gratior interdum fit Liquor adjecta Lactis ›vi parte mensura æquali.

LIQUOR CALCIS MURIATIS.

Dosis, *fluidr.* ss *ad* j *bis, vel ter quotidie ex* *ecocto Hordei, vel quovis alio liquore idoneo.*

LIQUOR CUPRI AMMONIATI.

LIQUOR HYDRARGYRI OXYMURIATIS.

Dosis, *a fluidr.* j *ad fluidunc.* j *semel, vel bis quotidie ex quovis liquore idoneo cum*

Tincturæ Aurantii fluidr. j, vel
Spiritus Lavandulæ compositi min. xx.

LIQUOR MAGNESIÆ SULPHATIS.

℞ Magnesiæ Sulphatis unc. viij,
Aquæ bullientis fluidunc. xij.

Solve, et liquorem cola.

Dosis, *fluidr.* j *ad* ij *bis, vel ter quotidie, vel a fluidunc.* ss *ad* iij *ex Aquæ tepidæ cyatho pro re nata.*

LIQUOR OPIATUS.

(*Vice* Laudani cydoniati.)

℞ Opii contriti unc. viij,
Malorum Succi recens expressi oct. iij,
Myristicæ Nuclei contusi unc. j,
Croci Stigmatum unc. ss,
Cerevisiæ Fermenti fluidunc. ss.

Opium in Succi oct. ij lento igne coque per horæ dimidium, et liquorem effunde. Opii re

ıum iterum coque cum Succi octario per horæ ıadrantem, et liquorem adhuc ferventem e rdibus exprime. Liquoribus commistis adɔe cætera. Sepone per aliquot dies, et ferentatione penitus peracta, insuper macera r dies quatuordecim. Liquorem denique cola, balneo aquoso consume ad Syrupi tenuioris assitudinem.

Dosis, *min.* ij *ad* x *semel, bis, sæpiusve otidie.*

LIQUOR PLUMBI SUBACETATIS.

(qua Lithargyri acetati, 1787. *Vulgo* Extractum Saturni, *Goulard's Extract.*)

LIQUOR PLUMBI SUBACETATIS DILUTUS.

(Aqua Lithargyri acetati composita, 1787.)

Singulis octariis interdum addere licet
Tincturæ Opii fluidr. ij, vel
Spiritus Camphoræ fluidr. ij.

LIQUOR POTASSÆ.

(ua Kali puri, 1787. Lixivium saponarium, 1745.)

Dosis, *min.* x *ad* lx *bis, vel ter quotidie ex* *Iuoris Calcis, vel Decocti Lini cyatho.*

LIQUOR POTASSÆ ACETATIS.

℞ Potassæ Subcarbonatis unc. viij,
Acidi acetici fortioris oct. j, vel quantu valeat ad Salem saturandum ; tum adjice Aqu quantum sufficiat, ut Liquor mensuram flui unc. xx* impleat. Liquorem denique cola.

(Hic Liquor continet Potassæ Acetatis fe partem dimidiam.)

Dosis, *fluidr.* j *ad* ij *bis, ter, quaterve quoti ex Infusi Juniperi cyatho vinario, vel quo alio liquore idoneo.* Singulis dosibus interdu adde

Tincturæ Scillæ minim. xx, vel
Oxymellis Scillæ fluidr. j, vel
Tincturæ Digitalis minim. xv.

LIQUOR POTASSÆ HYDRIODATIS

℞ Potassæ Hydriodatis gr. xlviij,
Aquæ destillatæ fluidunc. j.

* Si Acido dilutiore utimur cura adhibenda est de evaporatione ut liquor mensuram supradictam non exce

Fiat solutio, *cujus dentur min.* x *bis, vel* *r quotidie, dosi pro re nata caute et gradatim* *cta ad min.* xx *vel* xxx.

(Min. x continent Potassæ Hydriodatis gr. j.)

IQUOR POTASSÆ SUBCARBONATIS.

(quaKali, 1787. Lixivium Tartari, 1745. Oleum Tartari.)

℞ Potassæ Subcarbonatis unc. viij,
Aquæ destillatæ fluidunc. xij.

Liquorem per chartam cola.

Dosis, *min.* xx *ad* lx *bis, vel ter quotidie* *e Decocti Hordei, vel cujusvis alii liquoris* *inei cyatho vinario.*

LOTIO ACIDI NITRICI.

℞ Acidi nitrici fluidr. j,
Aquæ oct. ij.

Misce. Augeatur Acidum pro necessitate a quantitatem duplicem, triplicem, vel majorem.

Singulis Octariis interdum addantur
Tincturæ Opii fluidr. ij.

LOTIO ACIDI NITRO-MURIATICI.

Idem est ac Julepum, Acido pro re na aucto ad quadruplicem, majoremve etiam qua titatem.

LOTIO ALUMINIS.

℞ Aluminis drachmam,
Aquæ octarium cum semisse.

Solve.

LOTIO AMMONIÆ MURIATIS.

℞ Ammoniæ Muriatis unciam dimidiam,
Aceti octarium.

Solve.

LOTIO AMMONIÆ MURIATIS SP RITUOSA.

Solve Ammoniæ Muriatis unciam in
Aceti octario dimidio, et adde
Spiritus rectificati fluiduncias quatu

LOTIO ARSENICALIS.

Idem est ac Julepum, quod vide.

LOTIO HYDRARGYRI CINEREA.

: Hydrargyri Submuriatis dr. ij,
Liquoris Calcis oct. j.

Simul agita.

LOTIO HYDRARGYRI FLAVA.

: Hydrargyri Oxymuriatis scrup. j,
Liquoris Calcis oct. j.

Simul tere.

)TIO HYDRARGYRI OXYMURIATIS.

: Liquoris Hydrargyri Oxymuriatis,
Aquæ destillatæ, singulorum partes mensura æquales.

Misce.

(Fluidunc. iv. continent Hydrargyri :ymuriatis gr. j.)

LOTIO HYOSCYAMI.

℞ Extracti Hyoscyami dr. j,
Aquæ fluidunc. iij.

Simul tere.

LOTIO OPII.

℞ Opii concisi dr. ij,
Aquæ ferventis oct. j.

Diligenter contere; dein coque lento per sextam horæ partem, et cola.

LOTIO SODÆ SUBBORATIS.

℞ Sodæ Subboratis gr. xxiv,
Aquæ Rosæ oct. j.

Solve.

LOTIO SPIRITUS DILUTI.

℞ Spiritus rectificati partem j,
Aquæ partes v.

Misce. Signetur etiam Lotio vaporans.

LOTIO ZINCI COMPOSITA.

℞ Lotionis Zinci Sulphatis,
Liquoris Plumbi Subacetatis diluti, singulorum partes mensura æquales.

Misce, et per chartam cola.

LOTIO ZINCI SULPHATIS.

℞ Zinci Sulphatis drachmam dimidiam,
Aquæ octarium.

Solve.

MAGNESIA.

(Magnesia usta, 1787. *Vulgo* Magnesia calcinata.)

Dosis, *a gr.* x *ad dr* j *pro re nata.*

MAGNESIÆ SUBCARBONAS.

(Magnesia alba, 1787. Magnesiæ Carbonas, 1809.)

Dosis, *a gr.* xx *ad dr.* ij *pro re nata.*

MALORUM SUCCUS.

Malorum sylvestrium Poma contunde, Succum exprime.

MEL DESPUMATUM.

℞ Mellis partes iv,
Aquæ partem j.

Misce, super ignem impone, ut statim eb liat liquor per pannum laneum transmitte, sepone ut fœces subsidant. Postea bal aquoso vaporet Liquor effusus ad aquæ c sumptionem, et spumam, si quæ sit, aufer. I re nata Mel purior evadat, Aquæ immiscer Ovi Albuminis plus minusve.

MEL ROSÆ.

(Mel rosaceum, 1745.)

MEL SODÆ SUBBORATIS.

(Mel Boracis, 1809, et 1824.)

Dosis, *Cochleare minimum subinde.*

MISTURA ACAROIDIS.

℞ Acaroidis Resinæ dr. iij,
Pulveris Tragacanthæ compositi dr. ij.

Simul tere, et paulatim adde

Julepi Menthæ fluidunc. ix.

Dosis, *fluidunc.* j *ter, sæpiusve quotidie.*

MISTURA AMMONIACI.

(Lac Ammoniaci.)

Fiat more præscripto P. L. ex Gummi-re- e dr. iij, et Aquæ fluidunc. ix.

)osis, *fluidunc.* j *bis, vel ter quotidie.* Sin- s dosibus addita pro re nata

Tinct. Camphoræ compositæ fluidr. j, vel
Oxymellis Scillæ fluidr. j, vel
Liquoris Ammoniæ Acetatis fluidunc. ss.

MISTURA AMYGDALARUM.

(ıc Amygdalæ, 1787. Emulsio communis, 1745.)

Dosis, *ab oct.* j *ad* ij *partitis vicibus quo- ia.* Singulis octariis interdum adde

Potassæ Nitratis dr. j, et insuper pro nata

Mannæ unc. j.

MISTURA AMYGDALÆ AMARÆ.

Fit ex Amygdalis amaris eodem modo Mistura Amygdalarum.

Dosis, *a fluidunc.* j *ad* ij *bis, ter, sæpiu quotidie.*

MISTURA AROMATICA.

℞ Pulveris Confectionis aromaticæ dr. iij,
Julepi Menthæ compositi fluidunc. ix.

Misce, *et detur fluidunc.* j *ter, quaterve q tidie;* singulis dosibus addita pro re nata

Tincturæ Calumbæ fluidr. j.

MISTURA ASSAFŒTIDÆ.

(Lac Assafœtidæ, 1787.)

Fiat cum Aquæ fluidunc. ix, et Assafœt dr. iij

Dosis, *a fluidunc.* ss *ad* j *bis, terve quotidie, pro re nata. Injiciantur interdum pro mate fluidunc.* viij *tepidæ, vel cum vel sine*

Tincturæ Opii fluidr. j.

MISTURA BALSAMI PERUVIANI.

Balsami Peruviani fluidr. iij,
Mellis fluidunc. ss,
Aquæ fluidunc. viij.

Liqua Mel in mortario aqua ferventi prius acto, dein adde Balsamum, et his con- s gradatim adjice Aquam caloris gradus ter 110.

Dosis, *fluidunc.* iss *ter, quaterve quotidie.*

MISTURA CAMPHORÆ.

(Mistura camphorata, 1787. Julepum e Camphora, 1745.)

Dosis, *fluidunc.* ij *ter, quater, vel sexties quotidie ;* et pro re nata adde

Liquoris Ammoniæ Acetatis quartam mensura partem, vel singulis dosibus

Spiritus Ammoniæ fœtidi minim. xx.

MISTURA CETACEI.

℞ Cetacei dr. vj,
Ovi unius vitellum.

Probe contundantur; tum gradatim adc

Syrupi tolutani fluidunc. iss,
Aquæ Pulegii oct. j.

Fiat Mistura, *cujus detur fluidunc.* j *quater, sæpiusve quotidie;* singulis dosibus re nata additis

Potassæ Nitratis gr. x, vel
Tincturæ Camphoræ compositæ min. :

MISTURA CONII COMPOSITA.

℞ Extracti Conii dr. j,
Sodæ Subcarbonatis dr. iss,
Decocti Glycyrrhizæ fluidunc. xj,
Spiritus Pimentæ fluidr. vj.

Dosis, *a fluidunc.* j *ad* ij *ter, quaterve tidie.*

Vice Decocti Glycyrrhizæ interdum licet Mistura Myrrhæ.

MISTURA COPAIBÆ.

℞ Copaibæ fluidr. iij,
Liquoris Potassæ Subcarbonatis fluidr. iss,
Decocti Hordei fluidunc. viij.

Copaibam cum Liquore primum contere; inter terendum Decoctum gradatim adjice, pro re nata adde

Spiritus Ætheris nitrici fluidr. iij.

Dosis, *fluidunc.* j *ad* ij *bis, terve quotidie.*

MISTURA CRETÆ.

(Mistura cretacea, 1787. Julepum e Creta, 1745.)

Fit ex Pulvere cretaceo, quem vide.

MISTURA CRETÆ OPIATA.

℞ Pulveris Cretæ compositi cum Opio dr. iij,
Julepi Menthæ fluidunc. ix.

Misce, *et detur fluidunc.* j *post singulas alvi dejectiones liquidas.*

(Fluidunc. ij continent Opii gr. j.)

MISTURA FERRI COMPOSITA.

(*Vulgo* Mistura antihectica *D. Griffith.*)

Saccharo et Aqua Rosæ omissis fit Decocto Glycyrrhizæ, *et sit dosis fluidunc ad* iss *bis, vel ter quotidie.*

MISTURA GUAIACI.

Dosis, *fluidunc.* j *ad* ij *bis, ter, sæpi quotidie.*

MISTURA GUAIACI AMMONIAT.

℞ Guaiaci Resinæ dr. ij,
Liquoris Ammoniæ Subcarbonatis fluid
Decocti Hordei oct. ss.

Tere Guaiacum cum Liquore, et grad adde Decoctum.

Dosis, *fluidunc.* j *ad* ij *bis, terve quotid*

Singulis dosibus interdum adde, vel
Julepi Ammoniæ fluidunciam, vel
Liquoris Ammoniæ Acetatis fluidr. iv

MISTURA MAGNESIÆ.

℞ Magnesiæ Subcarbonatis dr. iij,
Julepi Menthæ fluidunc. xij.

Misce. *Detur fluidunc.* j *semel, bis, vel ter quotidie,* et singulis dosibus interdum adde

Tincturæ Calumbæ fluidr. ss, vel
Vini Colchici min. xv ad xxx.

MISTURA MAGNESIÆ CUM MAGNESIÆ SULPHATE.

℞ Magnesiæ Subcarbonatis dr. ij,
Magnesiæ Sulphatis unc. ij,
Julepi Menthæ fluidunc. xiss.

Misce. *Detur fluidunc.* j *semel, bis, vel frequentius in die.*

MISTURA MOSCHI.

(Mistura moschata, 1787. Julepum e Moscho, 1745.)

Dosis, *a fluidunc.* j *ad* ij *bis, ter, sæpiusve quotidie;* singulis dosibus pro re nata additis

Liquoris Ammoniæ Subcarbonatis min. xxx.

MISTURA MUCILAGINOSA.

℞ Mucilaginis Acaciæ fluidunc. iv,
Olei Amygdalarum fluidr. ij,
Syrupi simplicis fluidunc. j,
Aquæ fluidunc. viss,
Acidi sulphurici diluti fluidr. ss.

Oleum cum Mucilagine primum conte[r]
dein cum Syrupo, et bene mistis Aquam gr[a]datim adjice, et postremo Acidum.

Cochleare unum amplum subinde sorbeat[ur]. Adde pro re nata vel

Tincturæ Camphoræ compositæ fluidr. j
vel *vice* Syrupi simplicis
Syrupi Papaveris fluidr. vj.

MISTURA MYRRHÆ.

℞ Myrrhæ dr. iij,
Decocti Glycyrrhizæ frigidi fluidunc. ix.

Contere, et cola.

Dosis, *fluidunc.* j *bis, vel ter quotidie.*

Singulis dosibus interdum adde, vel

Sodæ Subcarbonatis gr. xij, vel
Acidi sulphurici diluti minim. xv, vel
Tincturæ Camphoræ compositæ fluidr. s

MISTURA OLEI.

℞ Olivæ Olei fluidunc. j,
Liquoris Potassæ Subcarbonatis fluidr. ss,
Aquæ Menthæ viridis fluidunc. vij.

Simul agita.

Dosis, *Cochleare amplum unum vel alterum inde*. Singulis unciis pro re nata adde, vel

Syrupi Papaveris fluidr. ss, vel
Tincturæ Scillæ minim. xv, vel
Tincturæ Camphoræ compositæ min. xxx.

Vice Liquoris Potassæ Subcarbonatis Mistura etiam fieri possit Liquoris Ammoniæ Subcarbonatis fluidr. j, et tunc signari MISTURA OLEI AMMONIATA.

MISTURA OLEI CUM MANNA.

℞ Olivæ Olei fluidunc. j,
Mannæ unc. j,
Mucilaginis Acaciæ fluidunc. ss,
Aquæ Menthæ viridis, vel
Decocti Hordei fluidunc. vj.

Mucilagini et Mannæ bene contritis grada-

tim adjice primum Oleum, deinde Aquam Decoctum, et contere.

Dosis, *fluidunc.* ij *bis, vel ter quotidie.*

MISTURA OLEI CUM RHEO.

℞ Olei Lini,
Tincturæ Rhei, singulorum fluidunc. j.

Simul agita.

Dosis, *a fluidr.* ij *ad* iv *semel, vel quotidie.*

MISTURA OLIBANI.

℞ Olibani dr. iv,
Mellis fluidr. vj,
Decocti Hordei fluidunc. xj.

Olibanum cum Melle primum tere, et b commistis Decoctum gradatim adjice.

Dosis, *a fluidunc.* j *ad* ij *ter quotidie.*

Interdum Decocti Hordei *vice* uti lic Decocto Cinchonæ cordifoliæ.

MISTURA OPIATA.

℞ Pulveris Confectionis Opii dr. j,
Julepi Menthæ fluidunc. ix.

Misce, *et sit dosis fluidunc.* ss *ad* iss *semel, bis, sæpiusve quotidie.*

MISTURA RHEI COMPOSITA.

℞ Rhei Radicis contritæ dr. j,
Sodæ Subcarbonatis dr. ij,
Tincturæ Aurantii fluidunc. iss,
Decocti Glycyrrhizæ fluidunc. xss.

Misce, *et sit dosis fluidunc.* ss *ad* j *semel, bis vel ter quotidie.*

MISTURA SALINA CUM FERRO.

℞ Magnesiæ Sulphatis,
Sodæ Sulphatis, singularum dr. v,
Ferri Sulphatis gr. ij,
Aquæ tepidæ oct. ij.

Fiat Solutio, *cujus oct.* ss *primo mane propinetur, et hora elapsa repetatur, ni alvus prius dejiciat.*

MISTURA SENNÆ COMPOSITA.

℞ Sennæ Foliorum,
Menthæ viridis, singulorum unc. j,
Aquæ ferventis oct. ij.

Macera per horam ; dein cola, et solve Magnesiæ Sulphatis unc. vj.

Dosis, *a fluidunc.* ij *ad* iv *pro re nata.*

MISTURA SODÆ MURIATIS COMPOSITA.

Limonum Succo Sodæ Muriatem adj quamdiu hæc solvetur.

Dosis, *fluidunc.* ss *vel* j *bis, ter, quater quotidie.*

MISTURA VINI.

℞ Vini albi fluidunc. vj,
Ovorum duorum Vitellos,
Sacchari purificati unc. ss,
Olei Cinnamomi guttas iij.

Misce, *et detur fluidunc.* j *sæpius in*

languoribus. Vice Vini albi interdum uti eat, vel Vino rubro, vel Spiritu Gallico.

MUCILAGO ACACIÆ.

(Mucilago Arabici Gummi.)

Dosis, *fluidr.* j *ad* ij, *vel per se, vel ex* *vis liquore pro re nata.*

MUCILAGO AMYLI.

Dentur fluidr. ij *ad* viij *pro re nata. Modo* *ibeatur Aqua calida diluta pro potu ordinari modo dentur fluidunc.* vj, *pluresve pro Enem e, vel cum, vel sine*

Tincturæ Opii fluidr. j.

OLEUM ÆTHEREUM.

(Oleum Vini, 1787.)

Dosis, *min.* j *ad* iv *ter, quaterve quotidie.*

OLEUM AMYGDALARUM.

Dosis, *fluidr.* j *ad* iv *pro re nata ex M cilagine Acaciæ vel Amyli Aqua diluta, Sa charo ad gratum saporem postea addito.*

OLEUM ANISI.

(Oleum essentiale Anisi.)

Dosis, *min.* iij *ad* xv *bis, sæpiusve quotid*

OLEUM CAMPHORATUM.

℞ Olivæ Olei fluidunc. iij,
Camphoræ, ope Spiritus rectificati co
tritæ, unc. j.

Bene terendo commisceantur.

OLEUM CARUI.

(Oleum essentiale Carui.)

Dosis, *min.* j *ad* iij *bis, sæpiusve quotid*

OLEUM LINI.

Detur a fluidr. j *ad* iv *semel, bis, sæpiusve* [quot]*idie eodem modo ac Oleum Amygdalarum,* [quod] *vide.*

OLEUM MENTHÆ PIPERITÆ.

(Oleum essentiale Menthæ piperitidis.)

